

servata moderacione in sede pontifici cali solemniter collocante.
huiusmodi electioni ~~unus~~ ^{unus} dumtaxat de capitulo, scilicet subde-
canus ipsius ecclesie, licet plures de capitulo eiusdem electioni
non censerent irant, contradixit et se opposuit manifeste. Ne-
gociis igitur electionis huiusmodi in romana curia discepto,
tandem cum dictus electus pro sua confirmatione ad romanam
curiam personaliter accessisset, electio sua fuit cassata finali-
ter et repulsa. Interim vero prefatus decanus pro prodele re-
gerens et statim archiepiscopalis dignitatis pompam plurimum
sibi assumens, cepit bona ecclesie per supradictum dominum
withelmum copiose relicta, nec non et omnia de mensa archi-
episcopali pro tempore vacationis obveniencia, pro libitu ex-
pendere et ecclesiam novis debitis obligare. Hic autem in nu-
mero pontifici cum boloniensi non pariter, qui episcopali
cessit benedictione.

Adolphus secundus.

78.
Quinquagesimus octavus numero accepit ad regimen Coloniensis ecclesie Adolphus decanus,
frater amicus de Mariva, prius episcopus ecclesie Monasteriensis, quem domini Urbanus
papa quintus statim post electionem prefati Johannis decani Coloniensis des-
satam transulit de dicta Monasteriensis ecclesia ad Coloniensem ecclesiam pri-
mum inspectante, quippe cum nec ipse pro sua huiusmodi translatione instaret,
nec capitulum Coloniensis ecclesie ipsum sibi in ipso conueniri dari pos-
tularet. Erat namque tunc dictus Adolphus etate iuuenis, ad tante dignitati
fastidium aliqua gravitate morum pollens. Nam cum ipse dictam Coloniensem
~~ecclesiam~~ Monasteriensem ecclesiam antea huiusmodi suam
translationem iam per quinque annos tenuisset, ad sacrum tamen ordi-
nem nonnullum dum fuit promotus, per hoc satis lucide manifestans,
qualis profectus esset futurus in rebus ecclesiasticis procurandis. Transulatus
igitur ad dictam Coloniensem ecclesiam ipse Adolphus taliter incon-
sulite, cum ipse invenisset bona ecclesie per predictum quondam
Wilhelmum antecessorem relicta esse per ^{rege Augustum} ~~talem~~ dictum Johan-
nem ^{electionem} ~~electum~~ in magna parte huiusmodi vacacionis tempore dissipata,
et aliqua ecclesie castra in potestate et manibus consanguineorum
eiusdem decani fortiter detenta; congruus est ipsis detentoribus non
modicas pecunie quantitates persolvere pro restitutione ecclesie bono-
rum detentorum. Accipit unquam eo tempore dicte ecclesie Colonien-
sis aliud malum ^{nun} ~~nam~~ minus damnosum. Nam prefatus papa Urbanus,
qui nove quodam avaricie commento universa bona prefati quondam
domini Wilhelmi Coloniensis archiepiscopi per eundem in morte relicta
cernere aptice reservaverat, statim post dicti domini Adolphi
translationem misit ad Coloniensem ecclesiam quendam ~~amicum~~ nuntium
exactorum, subaliquo donum Petrum ^{begonis.} ~~Vughonis~~ qui quidem omnia "begonis L.

76.

1.2.